

THOMAE DE VIO

CAIETANI, CARDINALIS SANCTI

Xyfti in iudices commentarij.



Fuit post mortem Iehosue. Tempus senum qui nouerant opera dei significatur, illud enim tempus continuatum fuit tempori Iosue & utroque; tempore (vt in fine precedentis libri scriptum est) seruiuit populus Israel deo. Vnde & dicitur. *consulerunt filij Israel dominum dicens. Barui refert quod Hebraice habetur. & interrogauerunt filij Israel in Iehouah dicendo. Non dicitur quod ipsi interrogauerunt summum Deum, sed quod interrogauerunt in summo Deo: ad insinuandum quod more legis interrogauerunt per sacerdotem, innitendo non diis aliis sed confidendo in ipso fonte essendi. quis ascendet ante nos contra Chenahanæum & erit dux belli?* Expositoris officio fungitur interpres, & vitam bene. nam Hebraice habetur. *quis ascendet nobis ad Chenahanæum in principio ad pugnandum in eum?* Subiuncta executio manifestat sensum petitionis, non enim subiungitur quod Iudas fuerit dux belli, immo nullum subiungitur commune bellum, nullus subiungitur communis exercitus: sed subiungitur multa particularia bella diuersarum tribuum, vniuscuiusque; ad residuum propriæ sortis acquirendum. Et hinc habetur quod cum communiter filij Israel deliberassent vt quelibet tribus progresseretur ad acquirendum residuum sue sortis debellando Chanaanos habitatores terre residuæ interrogauerunt vt scirent à Deo quæ tribus primam inchoaret huiusmodi bella. Res enim communis agebatur, quantum per singulas tribus singillatim; & propterea in litera dicitur, quis ascendet nobis. Et magni referebat primos aggressores vincere vel perdere: quoniam fama primæ victoriæ multum conferebat aliis tribubus.

Dixitque dominus. Nomen est tetragrammaton: & quemadmodum in precedentibus diximus de nominibus diuinis, ita intel-

intelligas in vniuersis consequentibus: videlicet quod vbi nominatur dominus, Hebraice habetur nomen tetragrammaton: & vbi dicitur dominus Deus ioster, seu dominus deus Israel vel eiusmodi: Hebraice habetur Iehouah Elohe noster, Iehouah Elohe Israelis & huiusmodi. Modus quo Deus dixit respondendo, intelligendus est modus aliquis quo solitus est Deus reuelare prophetas vel dormiendo vel vigilando: incertum est enim nobis in specie modus quo Deus reuelauit hoc in loco. *Iehuda ascendit: ecce dedi terram in manu eius.* Non est hominis sed tribus nomen Iudas: vt subiuncta testatur. *Et dixit Iehuda Simhoni fratri suo.* certum est enim quod nominibus patriarcharum significantur hic non personæ ipsorum, sed tribus eorum. Et ex hoc quod nulla persona sed tribus Iudæ proponitur diuina responsio patet quod prædiximus, non fuisse petrum à Deo ducem belli sed quæ tribus primam ingredi deberet. *ascende mecum sortem meam & pugnabimus contra Chenahanæum. & ibo etiam ego tecum in sortem tuam: & iuit cum eo Simhoni.* Hinc clarè patet quod de particularibus bellis tribuum ad proprias sortes tractabatur.

Ascenditque Iehuda, & tradidit dominus Chenahanæum ac Perizæum in manus eorum: & percusserunt in Bezece decem millia virorum. Inueneruntque Adoni Bezece in Bezece, & pugnaverunt cum eo: & percusserunt Chenahanæum & Perizæum. Fugitque Adoni Bezece, & persecuti sunt eum. comprehenderuntque eum cæsis summitatibus manuum eius ac pedum. Iuxta Hebræum significatur incisio motis pollicis cum ipso pollice: ex qua incisione manus reddebatur tantum impotens vt ferè ad nihil valeret. Dixitque Adoni Bezece: septuaginta reges amputatis manuum ac pedum summitatibus colligebam sub mensa mea ciborum reliquias, sicut feci ita reddidit mihi Deus. Nomen est Elohim. agnouit iste diuinum iudicium. *adduxeruntque eum in Ierusalem. & ibi mortuus est.* Nomen Ierusalem intellige territorium Ierusalem. adduxerunt enim dominum Bezece cæsis manibus & pedibus modo dicto secum in exercitu ad expugnationem Ierusalem. Vnde sequitur. *Et pugnaverunt filij Iehudæ contra Ierusalaim, & ceperunt ipsam & percusserunt eam in ore gladii.* Hinc prudens lector, clarè habes duo. alterum quod iste progressus bellicus Iudæ est alter à progressu eiusdem scripto Iosue cap. 15. nam in illo progressu clarè dicitur quod filij Iudæ non potuerunt delere Iebusæum habitatorem Ierusalem, sed habitauerunt simul in Ierusalem

filij Iudæ & Iebusæi: in hoc verò progressu narratur q̄ filij Iudæ præualuerunt in Ierusalem & percusserunt habitatores eius in ore gladij, nec habitauerunt cum Iebusæis sed incenderunt ciuitatem. Et hinc insinuat̄ alterum: videlicet quòd Iebusæi, Ierosolimitæ defecerant à tribu Iudæ. & propterea in hoc progressu (tempore Senum) tribus Iudæ pugnauit cōtra Ierusalem tanquam rebellem: & quam in primo progressu tempore Iosux (quia impares se cognoscebant ad vincendum) susceperunt vt confederatam, postea tēpore Senum rebellem trucidarunt. & quod plus est. *trahentes cunctam incendio ciuitatem.* Iuxta Hebræum habetur. *& ciuitatem miserunt in igne.* hoc est & miserunt ignem in ciuitate. Et hæc fuit prima combustio Ierusalem. quo tamen igne non esse combustam Ierusalē penitus ipse modus loquendi iuit dicendo & miserunt, tanquam ignem accenderint & miserint paripendendo an ignis crescat an extinguatur.

ET postea descenderunt filij Iehudæ ad pugnandum contra Chenahanæum habitantē in monte & meridie & planicie. Quāuis ad præliandum contra Chananæum habitantem in monte descendentes tamen describuntur, quia ex sublimiori loco ibant: ex monte enim celsiore quāuis eatur ad montem alium, descenditur tamen. *Pergensque Iudas contra Chenahanæum qui habitabat in Chebron.* Iuxta Hebræum initium est alterius clausulæ. *Et iuit Iehuda ad Chenahanæum habitantem in Chebron, & nomen Chebron fuit antea Cir' iath Arbah.* Nō dicitur & postea iuit Iudas ad Chananæum habitantem in Chebron: quoniam vt prædicta diuersitas gestorum in Ierusalem testatur, iste progressus ad Chebrō iam fuerat tēpore Iosux, vt etiam identitas gestorum quæ subiunguntur hīc & narrata sunt tēpore Iosux testatur: ex eo quòd deletio gigantū ex Chebron & reliqua terra exceptis terris Pelistinorum attribuitur Iosux in 11. cap. quod non posset verificari si secundum historię ordinem hæc quæ subiunguntur circa Chebron, gesta fuissent post mortem Iosux tempore Senum. Ex istis igitur duobus testimoniis indubiē sentiedum est historiam hanc Chaleb circa Chebron & Cir' iath Sepher & Debir fuisse tempore Iosux, repeti autē hīc ad magnificandum gesta tribus Iudæ noua ex similibus seu maioribus paulò antè gestis tempore Iosux ab eadem tribu. intētio enim authoris huius libri (vt manifestæ repetitiones subiunctæ testantur)

stantur) fuit iungere illa duo tempora (videlicet tempus Iosux & tempus Senum) & ferè pro vno tempore supputare. & propterea gesta tempore Senum iūgit gestis tempore Iosux tanquā sub vno contextu. Et quoniam subiuncta exposita fuerunt in libro Iosux cap. 15. vide ibi: & corrige textum hīc vt ibi. *& percusserunt Sesai & Achiman & Thalmai.* Et iuit inde ad habitatores Debir: *& nomen Debir fuit antea Cir' iath Sepher, id est ciuitas literarum.* Dixitque Chaleb: *qui percussit Cir' iath Sepher & cepit eam, dabo ei Hachsam filiam meam in uxorem.* Et cepit eam Hohniel filius Cenani frater Chaleb minor eodeditque ei Hachsam filiam suam in uxorem. *Quam pergentem in itinere monuit vir eius vt peteret à patre suo agrum: quæ cum suspirasset sedens in sino, dixit ei Chaleb quid habes? At illa respondit, da mihi benedictionem, quia terram arenam dedisti mihi da & irriguam aquam: deditque ei Chaleb irriguum superius & irriguum inferius.*

Fili autem Cinei cognati Mosis. Iuxta Hebræum habetur. *Et filij Ceni soceri Mosis.* Multitudo filiorū insinuat q̄ vniuersa progenies originem habēs ex socero Mosis orta, ex Chobab qui venit cum Mose per desertum (vt colligitur ex Num. 10.) significatur. *ascenderunt de ciuitate palmarum cum filiis Iehudæ.* Iericho iam destructa appellabatur ciuitas palmarum, & ex illius territorio ascendisse narratur: *in desertum sortis eius.* Clarè in Hebræo dicitur. *Desertum Iehudæ quod in meridie Harad.* Et per hæc omnia nihil aliud significatur nisi q̄ isti descendentes à socero Mosis habitauerunt in sorte Iudæ & cum vniuerso populo Israel quieuerunt. nam vbi vulgata editio habet. *& habitauerunt cum eo* Iuxta Hebræum habetur. *& iuit & habitauit populus.* hoc est & habitauit tanquam pars populi Israel. *Et iuit Iehuda cum Simhōne fratre suo.* Ad insinuandū quòd interiecta sunt hæc (vt pote gesta tēpore Iosux) redeundo ad inchoatam historiam tempore Senum de progressu Iudæ cum Simeone fratre suo, dicit author libri & iuit Iudas cum Simeone fratre suo. *Et percusserunt Chenahanæum habitantem in Sephath: & euerterunt eam, vocatūque est nomen ciuitatis Horma.* Legendum esset. *Chorma.* Ad quod interpres exponendum adiecit. *id est anathema.* Secundum tamen vocabuli proprietatem significat destructionem. ex eo enim quòd destruxerunt illam penitus, appellata est destructio.

Cepitq̄ Iehuda Haxxam cum finibus eius, & Asclon cum finibus eius

eius: & Hec ron cum finibus eius. Fuitque dominus cum Iehuda & montem possedit: nec potuit delere habitatores vallis quia ferreis curribus abundabant. Diuina prouidentia fert opem secundum mensuram suæ dispositionis. & propterea vtrique dicit scriptura: & quod fuit Iehouah cum Iuda, & quod non fuit cum eo ad expellendum habitatores vallis. Non enim Hebraicè scribitur & non potuerunt: sed & fuit Iehouah cum Iuda & hæreditauit montem, quod non ad expellendum habitatores vallis: hoc est fuit Iehouah cum Iuda ad hoc vt possideret montem, ita quod non ad expellendum habitatores vallis: facile siquidem fuisset Deo ferre opem contra secundas causas subiunctas curruum ferreorum.

Dederuntque Chaleb Chebron, sicut locutus fuit. Moses: & expulit inde tres filios Hanae. Iterum miscet gesta tempore Iosue ratione supradicta. Iebuseum autem habitatores in Ierusalaim non expulerunt filij Benjamin: habitauitque Iebuseus cum filiis Benjamin in Ierusalaim vsque in presentem diem. Transitur à gestis Iudæ ad gesta tribus Benjamin tempore Senum. Intelligimus enim quod derelicta Ierusalem à filiis Iudæ, habitata est à filiis Benjamin & Iebuseis simul qui supererant ex clade facta à filiis Iudæ. Ierusalem enim in sorte Benjamin supputata est Iosue 18.

Domus quoque Ioseph ascendit in Beth' hel: & fuit dominus cum ea. Bonum opus nec Ephraim nec Menassi sed domui Ioseph attribuitur: ad insinuandum vel quod merito patriarche Ioseph vel quod imitatoribus Ioseph Deus opem tulit. Et explorare fecerunt domus Ioseph Beth' hel: & nomen ciuitatis fuit ante Lux. Videruntque hominem. Iuxta Hebræum habetur. Et viderunt custodes virum exeuntem de ciuitate. hoc est custodes viderunt virum egredientem quidem de ciuitate, sed non viderunt qua parte egressus esset: occultè enim egressus fuerat, nec custodes aliud perpenderunt nisi quod de ciuitate exierat. & propterea petunt ab apprehenso homine vt ostendat eis qua parte ipse exierit, vt per eadem ipsi possent introire occultè. dixeruntque ad eum, ostende nobis quasumus introitum ciuitatis & faciemus tecum misericordiam. Legendum est, gratiam. iam enim erat captus, & promittunt libertatè non solùm ei, sed & familiæ eius vniuersæ: vt testantur subiuncta. Et ostendit eis introitum ciuitatis, & percusserunt ciuitatem in ore gladij: virum autem & omnem familiam eius dimiserunt. Iuitque vir in terram Ethim.

Legendum

Legendum est. Chittim. Quod ideo annotauerim quia hinc argumentum habetur quod Chittim nomen est regionis non multum remotæ à terra promissionis: & hoc propter prophetias Balaham. edificauitque ciuitatem & vocauit nomen eius Lux, que ita appellatur vsque in presentem diem.

Menasses quoque non deleuit Beth' scan & filias eius, & Thahanac & filias eius, & habitatores Dor & filias eius, & habitatores Tib' leham & filias eius, & habitatores Megiddo & filias eius: voluitque Chenahanæus habitare in terra ista. Et fuit cum roboratus est Israel, posuit Chenahanæum tributarium: & expellendo non expulit eum. Eph' raim etiam non expulit Chenahanæum habitantem in Ghazer: habitauitque Chenahanæus in medio eius in Ghazer. Menassi non attribuitur filiis Ioseph, sed nomini propriè Menassi & similiter Ephraim: de ambobus enim dicitur quod neuter expulit Chenahanæum habitantem in sua sorte contra mandatum Dei.

Zebulun non expulit habitatores Cit' ron & habitatores Nahalol: habitauitque Chenahanæus in medio eius, & fuit ei tributarius. Aser non expulit habitatores Haccho & habitatores Zidon: & Ach' lab & Achzib & Chelbe, & Aphic & Rechob. Habitauitque Aserita in medio Chenahanæi habitatoris terræ: quia non expulit eum. Naphthali non expulit habitatores Beth' semes & habitatores Beth' hanath, habitauitque in medio Chenahanæorum habitatorum terræ: & habitatores Beth' semes & Beth' hanath fuerunt eis tributarij.

Et compulerunt Emoræi filios Dan ad montem: non enim dederunt eis vt descenderent in vallem. Narratis malis culpæ multatum tribuum inobedientium præceptis diuinis, subiungitur malum pænæ illatum tribui Dan, quo autem peccato hanc pœnam meruerit tribus Dan, non scribitur. Habitauitque in monte Cheres (quod interpretatur testatio) in A' ialon & Sa' halim. Iuxta Hebræum habetur. Et cepit Emoræus ad habitadum in monte Cheres, in A' ialon & in Sa' halim. Reliqua addidit interpretis. & sententia est manifesta, nisi quod loca sunt ignota, Mons tamen Cheres sonat montem solis in sorte Ephraim: & consonat subiunctæ obuiationi. Et aggravata est manus domus Ioseph. Iuxta Hebræum habetur. & aggravauit manus domus Ioseph. Et est sensus quod attentantibus Emoræis appropriare sibi montem Cheres, cum dictis ciuitatibus, filij Ioseph insurrexerunt aduersus eos non dolendo eos, sed facien-

F iij do

do eos tributarios. nam iuxta Hebræum subiungitur. & fuerunt tributarij. Emoræi enim referuntur subiecti tributo & nõ delecti. Et propterea subiunguntur termini terræ quam habitabant. Et terminus Emoræi ab ascensu scorpionum, à petra & supra.

CAPVT II.

Scenditque angelus domini de Ghalgal ad locum flentium.

A Postremo gesta tempore Senum describuntur. diuina siquidem benignitatis videns tot tribus Israël præterisse mãdata sua tẽpore Senũ quo ad duo (videlicet geres delendas sub fœdere tributi accipere, & aras idolorum non subuertere) antequã ad peiora progrèderentur misit angelum suum, arguentem eos prouocantemque ad pœnitentiã. Et quia narratur quod angelus de Ghalgal ascendit ad locum qui postea appellatus est locus flentium, insinuat quod angelus primò apparuit in Ghalgalis: sed quomodo concurrerit populus ad eum, nõ est scriptũ. Nec est scriptum an mandauerit populum congregari in loco flentium, an ipse cum populo congregato in Ghalgalis ascenderit ad locum flentium. & ait, eduxi vos de Aegypto & introduxi in terram quam iuravi patribus vestris. Angelus Dei non tanquam nuncius, sed in persona Dei loqui se manifestat, dicendo eduxi vos de Aegypto & introduxi in terram quam iuravi patribus vestris &c. & pollicitus sum. Legendum est. & dixi, non soluã pæctum meum vobiscum in æternum. Et vos non serietis fœdus cum habitatoribus terræ huius. Inter beneficia diuina collata populo, commemorat se affirmasse quod non franget in sempiternum pæctum suum cum eis, & quod ipsi fœdus non inirẽt &c. & Aras eorum diruetis: & non audistis vocem meam, cur hoc fecistis? Libra prudens lector, verba angelica, & prædicta duo tantum peccata inuenies: ita quod adhuc non declinauerat populus in idolatriam. Quamobrem nolui delere eos à facie vestra, vt habeatis hostes, & dñj eorum sint vobis in ruinam: iuxta Hebræum habetur. Et etiam dixi, non expellam eos à faciebus vestris: & erunt vobis in laqueos, & dñj eorum erunt vobis in offendiculum. Commemorat angelus olim à Deo prædicta: videlicet quod non omnes gentes delendas simul deleret (hoc enim dixerat Deus Exod. 23.) & quod olim monuerat eos quod à gentibus interim relictis cauendum esset vt à laqueis, & à dijs earũ vt ab offendiculis: hoc enim millies prædictum est.

Cumq;

Cumque loqueretur angelus domini hæc verba ad omnes filios Israël. Hinc clarè apparet conuenisse populum Israël ad angelum. Eleuauerunt vocem suam & steterunt. Ecce pœnitentia populi. Vocaueruntque nomen loci illius Bochim. Ex isto flentu locus ille fortitus est nomen Bochim: hoc est ploratores. & immolauerunt ibi domino. Non solis clamore & flentu, sed etiã sacrificio pœnitentiam egerunt. Et ex apparitione angeli ibidem, licere sibi sacrificare in loco interdicto secundũ legem reputauerunt. nam secundum legem nullibi fas erat offerre sacrificium nisi vbi erat tabernaculum Dei.

D Imisit ergo Iehosua populum: & abierunt filij Israël unusquisque in possessionem suam vt obtinerent eam. Parui refert quod Hebræum habetur. Et misit Iehosua populum: & ierunt filij Israël, quod ad hereditatem suam ad hereditandum terram. Hæc verba sumpta sunt ex calce libri Iosue, & est manifesta repetitio, & vt prima fronte apparet extra propositum: sed reuera non est extra propositum authoris, intendentis ex tribus temporibus summare duo tẽpora: hoc est ex tempore Iosue & ex tempore Senum & ex tempore Iudicum summare duo tempora, alterum Iosue & Senum, alterum Iudicum: eò quod relatiuè ad cultum Dei tempus Iosue & tempus Senum conuenerunt, vt infra clarè subiungitur. Et similiter vniuersa tempora Iudicũ conuenerunt, illa quidem in perseverantia cultus solius veri Dei: ista autem in alterius diuino cultu & cultu idolorũ: quod etiam inferius clarè subiungitur. Post narrata itaque gesta tempore Senũ vniturus author tempus Iosue & tempus Senũ relatiuè ad cultum Dei, resumit extrema Iosue. Seruieruntque populus domino omnibus diebus Iehosue: & omnibus diebus seniorum, qui longo tempore vixerunt post Iehosua, & qui nouerant omnia opera domini magna quæ fecit Israël. Ecce manifestè explicatur cõuenientia temporis Iosue & temporis Senũ quo ad cultũ Dei. Et bene nota quod nõ dicitur quod seruauerunt præcepta domini, sed quod seruierunt populus Iehouah: hoc est coluerunt ipsum solũ omnibus diebus Iosue & omnibus diebus Senum.

Mortuusque est Iehosua filius Nun seruus domini, filius centum & decem annorum. Et sepelierunt eum in termino hereditatis eius in Thimnath Cheres in monte Ephraim, ab Aquilone monti Ghabas. Aduerte quod nomẽ ciuitatis huius variatur hæc & Iosue ultimo. nã ibi nominatur Thimnath Serach, hæc verò Thimnath

F iij Cheres;

Cheres, ad insinuandum quod ciuitas quæ prius vocabatur prohibitio residui (nescio à quo euentu) vocata fuerit post reedificationem à Iosua prohibitio solis in memoriam prohibiti à Iosua solis ne progredieretur. Thimnath enim prohibitionem, Serach residuum, Cheres verò solem significat.

Omnisque illa generatio congregata est ad patres suos. Descripturus tempus iudicum, prænarat mortem tam Iosue quam Senum, ut post mortem Senum manifestior fiat qualitas successorum, de quibus subditur. *Et surrexerunt alij qui non nouerant dominum, & opera quæ fecerat cum Israel.* Iuxta Heb. plus habetur, *Et surrexit generatio altera post eos qui nescierunt Iehouah, & etiam opus quod fecit Israeli.* Ad differentiam senum qui fuerat post Iosua, describitur ab oppositis conditionibus generatio noua comprehendens vniuersam generationem tempore Iudicum.

Feceruntque filij Israel malum in conspectu domini, & seruiuerunt Behalim. Et dimiserunt dominum Deum patrum suorum qui eduxerat eos de terra Aegypti, & iuerunt post Deos alienos ex diis populorum qui erant in circumitu eorum, & adorauerunt eos: & ad iracundiam concitauerunt dominum. Dimiseruntque dominum, & seruiuerunt Bahal & Hasteroth. Perlege subiuncta: & inuenies describi vniuersam generationem tempore Iudicum relatiue ad diuinum cultum, narratur enim quod seruiuerunt alijs dijs. Et in hoc manifestatur quod longè deteriores fuerunt illis qui fuerunt tempore Senum, nam tempore Senum peccauerunt omissione destruendi tum gentes tum aras gentilium: tempore autem posteriore peccauerunt peccato commissionis maximo, colendo Deos alios: immo (quod peius est) reliquerunt dominum Deum patrum suorum qui eduxit eos de terra Aegypti. Et in hoc fuerunt peiores Samaritanis, nam Samaritani colebant & Deum verum & deos alios: isti autem sic coluerunt deos alios quod dereliquerunt cultum Dei veri. Hæc enim crimina clarè narrantur in litera.

Iratisque est furor domini contra Israel. Narratis criminibus nouæ generationis, narratur punitio eiusdem similiter in genere. Et ut sæpe dictum est, ad similitudinem irati describitur furor Dei punientis Israel. *Et tradidit eos in manus diripientium.* Ecce prima pœna quo ad facultates, qui ceperunt eos. Legendum est. *Et diripuerunt eos.* Executio cum effectu direptionis rerum describitur. *Et vendiderunt hostibus qui habitabant per gyrum.* Iuxta Hebræum habetur. *Et vendidit eos in manus inimicorum eo-*

rum in circumitu. De Deo dicitur quod vendidit eos. & est sensus quod venales eos reddidit sub manibus inimicorum eorum in circumitu. Et per hoc describitur secunda pœna maior priore, quato seruitus maior est pœna quam pati direptionem rerum, fecit enim eos Deus seruos venales in circumitu inimicorum eorum, nec potuerunt resistere aduersariis suis. Iuxta Hebræum habetur. *Et non potuerunt adhuc stare coram inimicis suis.* Tertia siquidem pœna describitur impotentia standi coram inimicis suis etiam post direptionem & venalitatem; hoc est quod multis direptis & multis venditis residui adhuc sunt puniti impotentia standi coram inimicis suis. Et hæc impotentia declaratur subiungendo. *In omni quo egressi sunt manus Iehouah fuit in eis in malum.* Sive egredierentur ad resistendum siue ad aggrediendum, semper manus Dei fuit eis in malum pœne, sicut locutus est dominus, & sicut iurauit dominus eis: & angustiari fecit eos valde. Quauis pluries Deus legatur comminatus violationem huiusmodi, iuramentum tamen non apparet alibi scriptum nisi hæc commemorando illud. Nec est dubitandum sic fuisse: multa enim dixit Deus quæ non sunt scripta in libris Mosis, quæ tamen vel per reuelationem diuinam vel per traditionem paternam nouerunt & scripserunt authores sacre scripturæ.

Suscitauitque dominus iudices: & liberauerunt eos de manu diripientium eos. Tempus Iudicum distinguit author in tempus peccati, in tempus punitiois & in tempus diuinæ benignitatis eleuantis iudicem aliquem ad liberandum populum de manu diripientium eos. *Sed nec eos audire voluerunt, fornicantes cum dijs alienis & adorantes eos: recesserunt citò de via per quam ambulauerunt patres eorum ad audiendum præcepta domini, non fecerunt sic.* Intellige hanc sententiam ut inferius declaratur, dicitur enim hoc non ad narrandum quod etiam viuentibus iudicibus populus nollet eos audire: sed ad narrandum instabilitatem populi, quod non perseuerabat in bono post vitam salutem datam à Deo per iudicem, sed tanquam si iudicem non audissent reuertebantur ad idololatriam citò. *Cumque dominus iudices suscitaret.* Ad declarandum proposita ambo (videlicet & bonum tempore iudicis & malum quod iudices non audiebant) dicit author quod quando viuebant iudices bene res gerebatur, mortuo autem iudice reuertebantur ad vomitum, in diebus eorum flebatur misericordia, &

audiebat afflictorum gemitus & liberabat eos de cade vastantium. Paraphrasis est: nam Hebraicè scribitur. & erit Iehouah cum iudice, & faciet seruire eos de manu inimicorum eorū omnibus diebus iudicis: quia pœnitēbit Iehouah à clamore eorum à facibus oppressorum eorum & impulsorum eorum. Benignitas Dei ad saluandum eos viuente iudice cum ratione benignitatis (pœnitentia scilicet diuina afflicti populi) declaratur. Sed pœnitentiam metaphoricè intellige in Deo quemadmodum iram, ad instar siquidem pœnitentis quantū ad effectū describitur tanquā motus ad pœnitendū q̄ afflixerit populū à clamore populi oppressi & continuè ad peiora redacti ab inimicis, diuina enim opera more humano describuntur. *Postquam autem mortuus esset iudex reuertebantur & corrumpebantur magis quam patres eorum, sequentes deos alienos, seruendo eis. Adorando eos: non dimiserunt opera sua & viam suam duram per quam ambulare consueuerant.*

Iratusque est furor domini in Israel, & ait: quia transgressa est gens ista pactum meum quod præcepī patribus eorum & non obedierunt voci meæ: etiam ego non delebo virum à facie eorum de gentibus quas dimisit Iehosua, & mortuus est. Narrauerat maiorē effectum diuinæ iræ, videlicet tradere Israelitas in manus hostiū: narrat modò minorē effectū, videlicet non delere gentes relictas à Iosua. Hebraico enim more à maiore ad minus procedit oratio. *Vt in ipsis experietur Israel virū custodiant viam domini & ambulent in ea sicut custodierunt patres eorum, an non.* Quāuis anceps sit experiedi verbū, in Hebræo an referatur ad Iosua an ad deū, quia tamen mortuus nō potest experiri, rectè refertur ad Deū. Et quēadmodū pœnitere & irasci attribuiuntur Deo metaphoricè, ita & experiri seu tētare, pro quāto efficit ad instar tētantis & experientiā videre volētis. Sicut enim Deus reliquit obiecta tentationum quibus homines tentantur ad peccata (puta delectabilia secundum sensum, & delectabilia secundum animum, honorem gloriam & huiusmodi) tanquam ad experientia teste videndum an homines seruent præcepta diuinæ legis an non, ita reliquit illas gentes post mortem Iosua vt experientia manifestaret animos Israelitarum in lege Dei erga illas gentes. *Dimisitq; dominus gentes istas, non delendo eas citò: & non tradidit eas in manum Iehosua.* Prædictam rationem reddit author quare Deus non deleuit per manus Iosua: gentes istas.

CAP.

Staq; sunt gentes quas dimisit dominus. Occasione commemoratarum gentium quas nō subegit Iosua, subiungitur quæ sint istæ gentes, vt erudiret in eis israel-

lem & omnes qui non nouerant bella Chananeorum. Iuxta Hebræum habetur, ad probandum in eis Israel: omnes qui nescierunt omnia bella Chanahan. Alia adiungitur ratio quare relictæ sint istæ gentes: videlicet vt Israelitè scirent præliari. Et declaratur in litera quod est sermo de Israelitis nescientibus prælia Chanahan: hoc est qui non interfuerunt præliis contra Chananeos tempore Iosua, propterea enim absque coniunctio-
ne copulatiū in textu Hebraico subiūgitur appositiuè, omnes qui nescierunt omnia bella Chanahan. Et ad hoc magis explicatū statim subditur. *Tantum vt scirent generationes filiorum Israel ad docendum eos prælium.* Et declarado pro nomen, eos, statim subditur, *tantum q̄ ui prius nescierunt ea.* Ratio itaq; relictarū gentiū istarum fuit vt Israelitè exerce-
rentur ad bellum, ita quod filij nō alerentur à parentibus absq; arte militari subsistente causa debellandi gētes istas. Ex quibus iunctis iis quæ tradidit Moses, triplex ratio colligitur quare relictæ sunt istæ gentes paulatim delenda: prima quia populus Israel non sufficiebat ad habitandum & colendum terram illam totā: succreuisent enim bestia aduersus eos si terra fuisset inculta. secunda vt exerce-rēt animi Israelitarum in iis quæ religionis & morum sunt, iuxta se positis gētib; idolatris & malorum morum. tertia vt exerce-rētur Israelitarū filij in arte militari, habendo iuxta se delendos hostes. Et omnes istæ rationes cōcernunt bonum populi Israel. prima enim ad quietam vitam, secūda ad liberum exercitiū virtutis ac meriti, tertia ad effugendam ignauiam molliciē-
que à populo spectat. Et scripta sunt hæc in doctrina sacra, attributaq; deo, vt intelligamus gratā esse deo non solum pugnam aduersus vitia, sed etiam ipsam armatam militiam aduersus hostes, quā hodie vituperant vitia militum: sed eorum iniquitas non militia ipsa in culpa est. *Quinque principes Pelistimorū, omnemq; Chananeorū & Idoniorū & Chanaanitarū habitantem in monte Libano: à monte Bahal Chermon vsq; ad introitum Chamath.*

Feruntque ad probandum in eis israel: ad sciendum an audierunt præcepta domini quæ præcepit patribus eorum per manus Moysis

Mosis. Et filij Israel habitauerunt in medio Chenabani, Hithai & Emorai & Perizei & Chiuai & Iebusei, acceperuntque filias eorum sibi in uxores, & filias suas dederunt filiis eorum: & seruiuerunt diis eorum. Epilogat author statum filiorum Israel post tempus Senum adiungendo crimini idolatriæ peccata affinitatum inhibitorum in lege. & hic terminatur summarium temporum Iudicij in genere. Vbi prudens lector, aduerte quod ex cõ q̃ author libri antequam tractet de singulis iudicib⁹ summarit alterna bona & mala totius temporis iudicij manifeste patet q̃ liber iste nõ est scriptus tempore quo res gerebantur, sed post tempora iudicij completa. Ex annalibus autẽ Israel credendum est authorem libri habuisse notitiam præteritorum gestorum: nescitur enim author. Fecerunt enim malum in conspectu domini, & oblitũ sunt domini dei sui. Reuertitur author ad historiam narrando quæ citò subsecuta sunt post tempus Senũ, ex tunc enim supputatur tempus iudicij. & propterea non repetendo sed ad narrandũ in specie generationis illius quæ immediatè successit tempori Senum peccata, dicit & fecerunt filij Israel malũ in oculis Iehouah. &c. Quod autẽ subditur, seruietes Bahalim & Astaroth, iuxta Hebræũ habetur. & seruiuerunt Behalim & quercubus. Et Behalim quidẽ nomen est idolorũ: quercus autẽ diuinum cultũ exhibitũ arboribus cõsecratis demonibus significant. nõ dicitur quod seruiuerunt quercubus. Iratusq; est furor domini cõtra Israel. Prima afflictio Israelis tempore iudicij describitur. & tradidit eos. Iuxta Hebræũ habetur. & vendidit eos. tum quia in seruos venales dedit: tũ quia pro precio alicuius boni operis quod fecerat subiunxit rex dedit eos, iuxta reuelationem factam Ezechieli ca. 29. de mercede Nabuchodonosor. in manus Chusan Rishathaim regis Mesopotamie. iuxta Hebræũ habetur. regis Aram fluuioarum. Aram ciuitas est in qua peregrinatus est Iacob, vnde orta est Ribeca. quæ appellatur Aram fluuioarũ, eò quod sita est inter Tigrim & Euphratem. seruiueruntq; ei octo annis. Non solũ effecti sunt venales multi eorum, sed manentes in vrbibus seruiuerunt regi.

Et clamauerunt filij Israel ad dominum. Tandẽ ad cor reuerſi, ex intimo corde, magno feruore (non oris clamore) inuocarunt fontem effendi. suscitauitq; dominus saluatorem filiis Israel & liberauit eos: Hothniel filium Cenam, fratrem Chaleb matrem eò. Hinc apparet quã paruum tempus fuerit tempus Senum.

ſenum. nam iste Hothniel fuerat tantæ ætatis tempore Iosue vt primus debellator Cir' iath Sepher fuerit. Fuitq; super eum spiritus domini. Ecce mod⁹ quomodo suscitauit deus Hothnielẽ in saluatorem populi, infundendo scilicet spiritum suũ in eum, proculdubio spiritum accensuum populi ad seruitutem dei, ad vendicandum se in libertatem, ad bellum. & iudicauit Israel. Primus iudex ifraelitici populi fuit Hothniel. Egressusq; est ad pugnam. Ecce mod⁹ quo saluauit Israel. & tradidit dominus in manus eius Chusan Rishathaim regẽ Syria. Legendum est. regem Aram. Non intelligo personã regis sed exercitum eius traditum in manũ Hothnielis. In cuius signũ sequitur. & oppressit eum. Iuxta Hebræũ habetur. & roborauit manum eius super Chusan Rishathaim. significatur enim quod deus non solum dedit victoriam aduersus exercitum regis Aram, sed etiam roborauit potentiã Hothnielis super regem illum. Et hinc describitur effectus. Quisuitq; terra annis quadraginta, vsque videlicet ad mortem Hothnielis. & mortuus est Hothniel filius Cenam.

ET addiderunt filij Israel, proculdubio prioribus peccatis, ad faciendum malum in oculis domini: qui confortauit. Parui refert quod Hebraicè habetur. & roborauit Iehouah Heg'lon regem Moab contra Israel, propterea quod fecerant malum in oculis domini. Proculdubio tanquã instrumento iustitiæ suę vtendo rege illo, roborauit & animũ & vires eius ad bellũ contra Israel. Et copulauit ei filios Hammon & Hamalech. Non est perspicuum in textu Hebraico an deo an regi attribuat a-dunatio ista. nam potest legi & adunauit ei: & tunc significatur deus. & potest legi & adunauit sibi: & tunc significaretur rex. Prima tamen lectio magis quadrat, ad significandũ modum quo deus roborauit regem Moab: videlicet adiungendo illi Hãmonitas & Hamalecitas in fœdus: vt tutus vndiq; totum robur suũ conuerteret aduersus Israel. Nõ enim scribitur quod cum Hãmonitis & Hamalecitis progressus fuerit ad bellum, sed duntaxat quod adunati sunt ei. Si quis tamen tanquã auxiliares milites adunatos hos intellexerit, nõ errat. abieruntq; & percussit Israelẽ & possederunt ciuitatẽ palmarũ. Territoriũ Iericho significatur specialiter possessum, quia in eo collocauit præsidium militare rex Moab ad continendum Israel sub seruitute. Seruiuerunt filij Israel Heg'lon regi Moab decem & octo annis. Hæc est secunda afflictio israelis

maior priore. nam prima fuit octo annis, hæc autem decem & octo.

Et clamauerunt filij Israel ad dominum. Intellige vt prius clamore cordis. *suscitauit* q; dominus eis saluatorem nomine Aioth. Corruptum est vocabulum: nam Hebraicè vocatur Ehad; sed innumeræ sunt huiusmodi corruptiones. *filium Ghera filij Lemini*. Nô vertitur in dubiû apud Hebræos significari Beniamin: in tribu enim Benjamin supputatur Aioth. Et hinc vniuersaliter itellige appellatiõe Lemini intelligi Beniamin. *qui vtraq; manu pro dextera utebatur*. Iuxta Hebræum habetur. *virum clausum manu dextera sua*. Vbi clarè patet non significari virum vterq; manu p dextera sed clausû quo ad vsum dexterae manus. Clausa siquidem, significatur vis motiua, ne diffunderetur ad naturale robur dexterae manus. *impedimentum* enim naturæ appellatur. ab authore clausura. *At tamen Hebraei in hodiernum vsque diem appellari apud eos clausum eum* què vulgo sinistrum dicimus. Significatur itaque quòd homo iste sinister erat secundû vsum manus. *miseruntq; filij Israel per manum eius munus Heglon regi Moab. Fecitq; sibi Ehad gladium ancipitem, habentem in medio caput. Hæ vltimæ quatuor dictiones non habentur in Hebræo. longitudinis palmæ manus*. Iuxta Hebræum habetur. *mensura vnus brachij viri longitudo eius*. Duæ conditiones gladij huius describuntur, altera q; erat duratû acierû: altera quòd erat longitudinis vnus cubiti. *Et accinctus est eò subter Sagum in dextro femore suo*. Specie pro genere interpretis posuit. nam Hebraicè sub vestibus absque vestis specie describitur. *Obtulitque munus Heglon regi Moab: Heglon autem erat vir crassus valde. Cùmque obtulisset munus, dimisit populum, qui detulerat munus. Et reuersus est ab incisionibus qua cum Ghalgal. Et dictio interpretata incisionibus, Hebraico more significare potest coneretur: hoc est incisa. Quo vocabulo quandoque significantur simulachra incisionibus figurata: significatæ sunt etiam tabellæ lapideæ decem præceptorum incisæ à Mose. nonnulli autem intelligunt ibidem fuisse lapidicinam. Et quia incisionis nomen commune est, non nisi diuinando definire possemus quid in hac litera significetur per incisiones. notissimus siquidem locus videtur significari: & propterea intelligere lapidicinam non abnuo. *Et dixit, verbum secretum est mihi ad te d rex: Et ille**

impe-

imperauit silentium. Minus dicitur & plus significatur: videlicet egressus aliorum. *Egressi q; sunt ab eo omnes qui stabat apud eum*. Et Ehad ingressus est ad eum. hoc est appropinquauit ad alloquendum eum. non enim sumitur ingredi pro introire, sed pro venire: vt Hebraica testatur veritas. *ipse autem sedebat in aestiuo cœnaculo, solus*. Iuxta Hebræum habetur. *quod ipsi, soli ipsi*. De aula refrigerationis dicitur. quæ ipsi regi, soli ipsi regi, erat vsui. *dixitq; Ehad, verbum Dei habeo ad te & surrexit de solio*. Nomen Elohim scribitur hîc. Et finxit Aioth relaturû severbum ex parte Dei iudicantis & gubernantis, multiplice ratione tum ex parte ipsius Aioth, vt non genuflexus sed stans alloqueretur regem vt commodius posset occidere eum. nûcius enim deus quanto honore afficeretur, testatur assurrectio regis. Et hæc est præcipua causa huius fictionis, quam comitabatur stans regis facilius ad hoc vt vnico ictu vehementius percuteretur stans quàm sedens: nec non quòd dum rex attendit ad exhibendam Deo reuerentiam, minus aduertat ad manum percussoris. *Misitq; Ehad sinistram manum suam, & tulit gladium de dextero femore suo: & infixit eum in ventrem eius tam valide vt capulus sequeretur ferrum in vulnere, ac pinguisimo adipe stringeretur*. Nec eduxit gladium, sed ita vt percusserat reliquit in corpore: & exierunt excrementa. *Ehad autem clausis per se ostiis cœnaculi & affirmatis sera*. Iuxta Hebræum habetur. *Et claudet*. hoc est quòd ita clausit ostia aulae per seipsum quòd subseducta est clausio, significatur enim quòd sera erat sic fabricata vt solò tractu clauderetur, sic q; nô nisi clauæ aperiri posset: vt frequentissimo vsu videmus. *Per posticum egressus est*. Iuxta Hebræum habetur. *Egressus est ad ordinationem*. hoc est ad locum in quo ordinarij curiales manere consueuerant. significatur enim quòd exiuit per ordinaria loca tanquàm nihil mali egisset, nullam sui suspicionem dans curialibus. *Seruiq; regis ingressi, viderunt clausas fores cœnaculi: atque dixerunt, forsitan purgat alium in aestiuo cœnaculo. Expectantesq; diu donec erubescerent*. Iuxta Hebræum habetur. *Et expectarunt vsquequo tardaret*. Sententia est clara. *Et ecce non aperiebat fores cœnaculi: ceperuntque clauem & aperuerunt, & ecce dominus eorum ceciderat in terram mortuus*. Ehad autem euasit dum illi turbarentur. Iuxta Hebræum habetur. *dum illi tardarent, expectando dominum suum vt aperiret. & pertransiit locum idolorum vnde reuersus fuerat: venitque in Sehirath*. Interpretes addidit: nam

nam hebraicè nihil aliud scribitur nisi quòd transit incisiones & euasit in Sehirath. Sensus tamè in idè redit: nisi quòd ambiguum est incisionis nomen vt prædictum fuit.

Et fuit dum venires, clausis buccina in môre Ephraim: descenderunt: cum eo filij Israel de monte, ipso ante eos gradiente. Dixitq; ad eos, sequimini me: tradidit enim dominus inimicos vestros Moabitæ in manus vestras: descenderuntq; post eum, & ceperunt vada Iordæ Moabitæ, & non permisit quinquam transire. Præsidium militum regis Moab ad continendum Israel sub feruitute habitabat in Iericho quæ est cis Iordanem in terra Chanahan. & propterea prudenter Aioth occupauit vada Iordanis ad Moab (quæ est trans Iordanem) vt regium præsidium concluderetur flumine, & sic interficeretur: vt rei profuit euêre. Percussitq; Moab in tempore illo circiter decem milia virorum, omnes robustos. Hebraicè habetur. *pinzues & fortes viri*. Describuntur enim decem millia virorum in præsidium omnes viri non solum fortes, sed etiam corpulenti. & nõ euasit quisquam. Ex his gestis habes prudens lector, quòd licitè occiditur tyrannus qui non est dominus gentis non solum à populo, sed etiam à quolibet populi: tanquam hostis publici, habens continuè iniustum bellum aduersus populum violenter tenendo eum in feruitute. *Hemiliatusq; est Moab in die illo sub manu Israel, & quiescit terra octoginta annis.*

ET post huc fuit Samg, filius Hanath. Hic fuit tertius iudex qui modico tempore floruisse videtur. qui percussit Pelistinos sexcentos viros vomere. Iuxta Hebræum habetur. *in stimulo bouis*. Hebraico more singularis numeri nomine multitudo describitur stimulorum. insurrexit enim hic cum aliis loco gladio & lancearum habentibus stimulos bouinos, & percussit sexcentos Pelistinos molestos Israeli. & etiã ipse saluauit Israel. Quauis vnicum tantum gestum ab hoc referatur, inter saluatores tamen israelis in textu supputatur, quia eo tempore quo rexit, seruauit populum ab oppressiõibus exterorum.

CAPVT IIII.

Adideruntq; filij Israel facere malum in conspectu domini, post mortè Aioth. Parui refert quòd iuxta Hebræum habetur. & Ehad mortuus est. significatur enim quòd ipso mortuo reuersi sunt filij Israel ad malum. Et tam paruo tempore rexit Sagar, vt pro nihilo supputetur: & propterea solus Ehad dicitur mortuus. & tradidit illos dominus. Iuxta Hebræum.

bræum habetur. Et vendidit eos Iehonah in manus Iabin regis Chanah. Expone vèditionè vt supra. Et est hæc tertia afflictio Israel sub potestate Iabin regis Chanah. qui regnavit in Chazor. Hæc est ciuitas quam combusserat Ioua: & reedificata fuit à Chananeis, in qua residebat Iabin rex. & princeps exercitus eius erat Siserà, ipse autem habitabat in Charosth gëtium. Iuxta Hebræum habetur. & ipse habitans in sylua gëtium. Pronomen, ipse, demõstrat Siserà principè exercitus. Quis autè locus appelleretur sylua gëtium, non facile hodie sciri potest.

CLamaueruntque filij Israel ad dominum: non enim habebat falcatos currus, & ipse oppressit Israelẽ vehementer viginti annis. Hæc tertia afflictio longior tam prima quàm secunda describitur & merito, quia peccata multiplicata erant.

erat autem Thora prophetes. Iuxta Hebr. habetur. Et Debora multo prophetes vxor Lapidoth. Vbi scito quòd dictio interpretata vxor proprie significat vxorè. Quod ideo annotauerim ne fallaris. erat enim verè vxor viri nomine Lapidoth. quæ indicabat Israelẽ in tempore illo. Officium iudicis in mulierem translatum quarto loco describitur, honestando muliebrem sexum dono prophetiæ. hoc enim donum ratio fuit vt ipsa esset iudex israelis. Et sedebat sub palma quæ nomine illius vocabatur. Palma quæ vocabatur debora significatur. nam Hebraicè nihil aliud scribitur quàm. *sub palma Debora inter ramam & Beth el in monte Ephraim*. Multitudo enim palmarum cognominata à delbora habitatrice loci inferioris palmis significatur. & ascendebant ad eam filij Israel ad iudicium. Quæ misit & vocauit Barac filiu Abinohã de Cedès Naphthali: dixitq; ad eum, vòme præceptè dominus Deus Israel: vade & trahè in montem Thabor, & tolle tecum decem millia virorum de filiis Naphthali & de filiis Zebulun. Et traham ad te ad torrentem Cison Siserà principem exercitus Iabin, & currus eius & multitudinem eius: & tradam eum in manum tuam. Dixitq; ad eam Barac: si veneris mecum ibo, & si non veneris mecum non ibo. Et dixit, eũdo ibo tecum, veruntamen non erit gloria tua tecum in via quã ambulas, quia in manum mulieris vèdet dominus Siseram: surrexitq; Debora, & iuit cum Barac in Cedès.

Qui cõgregauit Zebulun & Naphthali. Deficit in Cedès. illic enim cõgregauit exercitum. & ascendit cũ decem millibus pugnantorum. Iuxta Hebr. habetur. & ascendit in pedibus suis cum decem millibus virorum. pedestris enim exercitus significatur.

ascendisse in montem Thabor. ascenditq; cū eo Debora. Haber autem Cineus recesserat quondam à cæteris Cineis fratribus suis filius Obab cognati Moysi. Iuxta Hebræū habetur. Et Chipher Genens fuit separatus à Cain, à filius Chobab socii Moysi, & tetendit tentorium suum vsq; ad quercum in Zahanaim quæ cū Cedus. Narratur incidenter segregatio istius Cenei ab aliis, propter subsecutum euētum occisionis Siseræ apud istū. Nomina autem locorum quorum hīc fit mētio, quia ignota sunt nobis pertrāseo. Nunciatioque est Siseræ quod ascendisset Barac filius Abinoham in montem Thabor. Et congregauit Siseræ omnes currus suos, nongentos currus ferreos, & omnem populum qui erat cum eo: de sylua gentium ad torrentem Cifon.

Dixitq; Debora ad Barac, surge: hæc enim est die in qua tradidit dominus Siseram in manum tuam, nōne dominus uirressus est ante faciem tuam? & descendit Barac de monte Thabor, & elecem millia uirorum post eum. Et perterruit dominus Siseræ & omnem currum ac omnia castra in ore gladij ante faciem Barac. Iuxta Heb. plusquā terror significatur: uidelicet qd sic terruit qd reddidit eū attonitū, ita ut trucidaretur gladijs Israëlitarū tanq̄ attoniti uersi in fugā. descenditq; Siseræ de curru & fugit pedibus suis. Barac autē persecutus est currus & castra vsq; ad syluā gentiū. & ceciderunt omnia castra Siseræ in ore gladij, non remansit vsque ad unum.

Siseræ autem fugit pedibus suis ad tētorium Iabel uxoris Cheber Cenei: quia erat pax inter Iabin regem Chazor & domum Cheber Cenei. Et egressa est Iabel in occursum Siseræ, dixitq; ad eū declina domine mi declina ad me, ne timeas: & declinauit ad eā in tentoriū, & operuit eū stragulo. Dixitq; ad eā, da bibere mihi quæso paululū aque quia sitio: quæ aperuit utrū lacūs & dedit ei bibere, & operuit illū. Dixitq; ad eā, sta ad ostiū tentoriū: & erit, si quis uenerit & interrogauerit te & dixerit, estne hic quisquā? dices nō. Et cepit Iabel uxor Cheber clauum tentoriū, & posuit malleum in manu sua, & ingressa est ad eum clam, & infixit clauum in tempus eius, & confixit se in terram, ipsiq; soporatus & lassus mortuus est. Et ecce Barac sequens Siseram, egressaque est Iabel in occursum eius, & dixit ueni & ostendam tibi uirum quem quæris. intrauitque ad eam, & ecce Siseræ ceciderat mortuus, & clauus in tēpore eius. Humiliatūq; Deus in die illo Iabin regem Chenahan coram filijs Israel. Nomen est Elohim. summo iudici ascribitur humiliatio Iabin regis, utpote iusto iudicio effecta. Et ibat manus filiorum Israel euado, & dura erat contra Iabin regem Chenahan, donec exciderent eum

CAP.

CAPVT V.

Ecineruntq; Debora & Barac filius Abinoham in die illo, C. dicendo. Præponitur Delbora tanquam principalior in constructione huiuscantici: ipsa enim dono prophetiæ condidit illud. Qui sponte obtulisti de Israel animas uestras ad periculum. Māca est litera. Hebraicè enim incipit canticum. In soluendo solutionem in Israel, in esse spontaneum populum, benedicite Iehouah. Inuitat enim ad laudādum fontem effendi in duobus beneficiis: uidelicet in uisione, quæ significatur per metaphoram solutionis tāquam ipsa uisio sit solutio debiti inimicis. Alterū uerò beneficiū est libertas populi, significata per hoc quod populus redditus est spontaneus ad pugnandum pro libertate: ac per hoc redditus est liber ac spontaneus in suis actibus ac operibus. Audite reges, auribus percipite principes: ego sum quæ domino canam, psallā domino Deo Israel. Iuxta Hebræum habetur. ego Iehouah ego canam, psallam Iehouah Elohe Israel. Et est datiu casus Iehouah. sententia est clara.

Domine cum exires de Sehir. Alludit ad dicta Moysi in principio benedictionis filiorum Israel Deute. 33. ibi enim dicit Moyses quod dominus ortus est Israelitis de Sehir: quod ibi declarauimus. Commemorat itaque Delbora miracula facta tēpore Moysi: & apparitiones diuinas in monte Sinai, tāquam procedentes ex illa plaga cœli sub qua est mons Sehir describit, quod in lib. Exodi tacitum est: secundū enim sensibile apparitionē dicitur, domine dū exires de Sehir, & trāsires per regiones Edom. Legendū est iuxta Hebræū. dū ambulares ex agro Edom. Explanatio est exitus. declaratur enim qd exiuit de Sehir ad mōtem Sinai per modū ambulantis ex regione Idumææ: species enim illa sensibilis quasi ambulans uenit ex plaga cœli supra Idumæam ad locum supra montem Sinai. Terra mota est. Iuxta Hebræum habetur. terra tremuit. ad literam enim mōs Sinai tremuit: ut scribitur Exod. decimonono. iuxta Hebraicam ueritatem. cœliq; ac nubes distillauerunt aquis. Iuxta Hebræum habetur. etiam cœli stillauerunt, etiam nubes stillauerunt aquas. Nullibi in libris Moysi scriptum est nubes stillasse aquas. quod autem dicitur de stillatione cœlorum nisi ad manna referatur, nullibi etiam legitur quādiu populus fuit in deserto. Veruntamen quæ non sunt ibi scripta hīc suppleuntur: & pluuiæ datæ mirabiliter

G ij populo

populo significantur. Montes fluxerunt à facie domini. Hoc verificatur (si contextus pateretur) de fluxu aquarum ex petra mirabiliter bis per Mosem effecto: aquarum enim illarum tanquam fluentes ex montibus significantur: ut quemadmodum nives fluunt ex superficie extrinseca montium, ita aquarum illarum ex internis montium fluentes significantur. & Sinai à facie domini Dei Israel. Iuxta Hebræum absque cōiunctione habetur. iste Sinai à facie Iehouah Elohe Israel. Et cōtextus quidem sonat quod appositivè dicitur mōtes fluxerūt iste Sinai. Veruntamen nescimus quis fluxus fuerit corporeus in monte Sinai: nisi metaphoricè applicetur fluxus ad fumū ignemque & sonitū buccinarum quæ apparuerunt in mōte Sinai. Vel (quod cōtextui huic quadrat) suppletam intelligam in hīc pluuiam tacitā Exod. 26. ita quod manifestetur hīc quod apparente Deo in mōte Sinai, nō solum ignis ardens & fumus sed etiā inter tonitrua coruscationes ac nubes, cœli per nubes stillauerint aquas pluuiarum, simulque ex mōte Sinai fluxerint aquarum pluuiales. Hic enim sensus valde consonat huic contextui. nec dissonat ab Exodo: quoniam perspicuum est ex Deuteronomio fuisse in eo tacita multa: & in descriptis nubibus obscuris cum tonitruis & coruscationibus insinuat implicitè pluvia in monte cuius hīc mētio fit. Et hic est apud me sensus literalis.

In diebus Samgar filij Hanath in diebus Iahel cessauerunt semite: & ambulantes per vias, iuerunt per semitas tortuosas. Post commemorata diuina opera mirabilia tēpore patrum priscorum transit ad statum populi paulō ante hanc victoriam, ut opposita iuxta se posita magis elucescant. ad hoc enim tēpora Samgar commemorat, ut monstret disparitatem inter tēpus Samgar & tēpus istius victoriæ. Quare autem iungatur tēpus Iahelis, aliud nescitur. hæc enim litera insinuat quod Iahel aliquo tēpore concurrerit ad curam populi Israel: nam significatur quod in diebus vtriusque (videlicet Samgar & Iahel) itinera non erant tuta, sed oportuit itinerantes per tortuosas incedere vias, ut effugerent hostes. Cessauerunt fortes in Israel & quiescerunt donec surgeret Delbora, surgeret mater in Israel. Iuxta Hebræum habetur. Cessauerunt ville in Israel, cessauerunt: donec surrexi Delbora, surrexi mater in Israel. Narrat quod nō solum viarum cessauerunt ab officio suo, sed etiam villarum cessauerunt ab habitatione anteq̄ ipsa regeret: eodē

quod nec itinerantes irent tuti, nec in villis securè poterat habitari propter hostes. Nova bella elegit dominus. Iuxta Hebræum habetur. Eliget Elohim novos. Quod dixerat donec surrexi Delbora mater in Israel, modo repetit, sub officio iudicis, manifestans se electam à Deo. Nō sibi ipsi sed Deo tribuit hanc nouitatem quod mulier sit iudex in Israel. hoc enim significatur dicendo, Deus eliget novos Elohim, hoc est novos iudices. Et utitur plurali numero, vel propter adiunctum Barac, vel quia Elohim pluralis est numeri etiā quando ponitur pro singulari. Utitur autem futuri tēporis verbo, non relativè ad tēpus cantici, sed relativè ad tēpus præcitatū quo & villæ & viæ erant desertæ. & portas hostium ipse subuertit. Iuxta Hebræum habetur. tunc oppugnauit portas. Tēpus electiois tunc describit amplius. descripserat enim illud ex hoc quod tam vias quàm villas inuenit desertas: describit modò illudmet ex hoc quod vsque ad portas ciuitatū veniebant hostes, ita quod etiā intra portas ciuitatis existentes Israelitas oportebat se defendere aduersus vexatores vsq̄, ad portas dicurrentes. clypeus & hasta si apparuerunt in quadraginta millibus Israel. Describit adhuc tēpus electionis suæ, etiam ex hoc quod Israelitæ erant adeo inermes vt nec vnus clypeus aut vna lancea inueniri posset in Israel intra quadraginta millia hominum. tanta raritas armorum describitur, vt supputato populo Israel & supputatis armis, nō inueniebantur tot arma vt quadraginta millibus hominum responderet vnus clypeus & vna lancea. describuntur enim per hoc Israelitæ tunc inermes.

Cor meum diligit principes Israel. Iuxta Hebræum habetur. Cor meum ad scribas Israel. Descripto tēpore quo electa est, describit remedium: videlicet quod videns populum sic angustatum & inermem, cor suum direxit ad doctrinam legis scriptā à Mose & Isua, quos appellat scribas Israelis. qui propria voluntate obtulisti vos discrimini. Iuxta Hebræum habetur. quia spontaneos se exhibent, in populo benedicite Iehouah. Et est ordo literarum. benedicite fonti essendi in populo, quia spontaneos se exhibent, obediendo diuino mandato promulgato per me vt eant ad bellum contra Siferam. Qui ascenditis super nitentes asinos. Iuxta Hebræum habetur. Equitatores asinarum albarum. Gens aliqua habens asinas albas inuitatur. & sedetis supra in iudicio & ambulatis in via. Iuxta Hebræum habetur.

FONTE
 146294
 146294